

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 25. Cardinalis de Mendoza mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Gallos erant, sectam amplectebatur, *Sæcul. XVI.*
 unde etiam in Franciam auxiliares co-
 piæ, ut supra meminimus, in Hæreti-
 corum opem adducebat, quin tamen
 amplæ de ipso conceptæ spei operis
 præstantia fatisfaceret: mortuo autem
 Casimiro Richardus de Simmeren, ju-
 veni Friderico proxime sanguine junctus,
 Provinciæ, quæ ad hunc pupillum perti-
 nebat, admiristrationem haud ægre a
 Cæfare impetrabat; ipse enim se Cal-
 vinistarum Ministros ejecturum pollicie-
 batur, eo animo, ut Confessionis Au-
 gustanæ usum illuc introduceret: ve-
 rum Richardi consiliis vehementer ob-
 luctabantur Palatini Ordines, firmiter
 contendentes, quod juvenis hic Prin-
 ceps utpote jamjam decimum octavum
 ætatis suæ annum agens rerum sum-
 mæ ipsus præesse valeret, atque ex au-
 reæ Bullæ præscripto Electoratu*i* ad-
 ministrando par esset: demum Richar-
 dus de Simmeren post crebras alterca-
 tiones ultro, citroque habitas sese sub-
 misit, exclusis a Palatinatu Lutheranis.

§. XXV.

Cardinalis de Mendoza mortuus.

Hoc item anno Ecclesia quinque Car- *Ciac. vit.*
 dinalium mortem lugebat, ex qui- *Pontif. t. 4.*
 bus duo, Joannes de Mendoza, & Hie- *pag. 183.*
 ronymus de la Rouere sede vacante, *Aubery vie*
reliqui des Card.

R. 3

Sæcul. XVI reliqui vero tres, Julius Cananius, Phi.
A.C. 1592. lippus Lenoncourtius, & Vincentius Lau-

reus post Clementis VIII. electionem
vivis erepti fuerant. Porro Joannes de
Mendoza natione Hispanus, Infantatus
Ducis, & Mariæ de Mendoza Filius er-
at, qui postquam Philosophicis, &
Theologicis disciplinis in Complutensi
Universitate operam navaverat, Salman-
ticæ, & Toleti Canonicus, postea Ta-
laveræ Archidiaconus, & Decanus,
demum ad Philippi II. preces, & nomi-
nationem a Sixto V. Papa Romanam
Purpuram obtinuit, nominatus Cardi-
nalis titulo sanctæ Mariæ Transtyber-
rim, isque numero quintus erat, qui
ex nobilissima Mendozorum familia hac
dignitate inclaruit: biennio autem post
suam inaugurationem Joannes Romanus
contendit, ubi in publico Purpurato-
rum Senatu ab ipso Pontifice rubro ga-
lero donatus, Ecclesiæ Talaveranae De-
canatum jubente Sixto V. juxta Con-
cilii Tridentini decreta dimisit, non ta-
men sine quadam animi sui commotio-
ne: regnante tamen Gregorio XIV. hanc
dignitatem rursus impetrabat, ac tertio
post anno Ferdinando Medicæo Roma-
nam Purpuram exuente, atque in Ma-
gnum Etruriæ Ducem electo, Hispaniæ
Protector creabatur. Interfuit
etiam comitus, in quibus Urbanus

VII.

VII. Gregorius XIV. & Innocentius IX. Sæcul. XVI.
A.C. 1592.
ad divi Petri Cathedram evehebantur:
tandem vero calculi morbo afflictus die
octava Januarii hoc anno Domini mil-
lesimo quingentesimo nonagesimo se-
cundo ac ætatis suæ quadragesimo quar-
to, obiit, corpusque ejus in Templo Jesui-
tarum deponebatur, donec in suam pa-
triam transferretur: in ejus vero exe-
quiis Vincentius Blasius Garzia oratio-
nem funebrem pronuntiabat.

§. XXVI.

*Hieronymi de Rouvere Cardinalis
obitus.*

Alter erat Hieronymus de Rouvere Ciac. p. 161.
Ughel. Ital.
nuario circa annum Christi millesimum Sacr. Vinc.
quingentesimum trigesimum natus ex Robard. de
parentibus Lælio de Rouvere, & Joan- gestis Sixti
na Comitissa de Plansaco, quæ ex nobilis V. Aubery
lissimo orta erat genere, nam hoc duobus Pontificibus, & undecim Cardina- libus inclaruit. Ceterum Hieronymus tam Parisis, quam Papiæ, & Patavii semper in literis eminiens sua præcipue eloquentia celebrabatur, unde etiam binas orationes funebres in Henrici II. & Francisci II. Franciæ Regum exequiis habere rogatus tanta meritorum fama sese celebrem reddebat, ut anno salutis nostræ millesimo quingentesi-

R 4

mo